non legistis quia qui fecit ab initio masculum & fe
fecit eos. & dixit; propter hoc dimitt& homo patrem & ma
trem. & adherebit uxori suae. & erunt duo in carne una;
Itaque iam non sunt duo sed una caro. quod ergo d͞s con
iunxit. homo non separ&; Dicunt illi; quid ergo moyses
mandauit dari libellum repudii & dimittere. Ait illis;
quo͞ moyses ad duritiam cordis uri permisit uobis dimit
m. cxc · mr. cv · L. cxcv · tere uxores uras; ab initio aut͞ non fuit sic; Dico aute͞
uobis; quia quicumq: dimiserit uxorem suam nisi ob forni
cationem. & aliam duxerit. moechatur; & qui dimissam
m. cxci · duxerit. moechatur; Dicunt ei discipuli eius; si ita est causa
5 hominis cum uxore. non expedit nubere; qui dixit; Non
omnes capiunt uerbum istud. sed quibus datum est; Sunt
enim eunuchi. qui de matris utero sic nati sunt; & sunt eunuchi
qui facti sunt ab hominibus; & sunt eunuchi qui se ipsos
castrauerunt propter regnum caeloru͞; qui potest capere
m. cxcii · mr. cvi · L. ccxvi · capiat; Tunc oblati sunt ei paruuli. ut manus eis inponer&
& orar&; discipuli autem increpabant eos. ihs uero ait eis;
Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me uenire.
talium est enim regnum caelorum; & cum inposuiss& eis
m. cxciii · mr. cvii · L. ccxviii · Io. cxxi · manus. abiit inde; Et ecce unus accedens. ait illi; magister
bone. quid boni faciam ut habeam uitam a&ernam. qui
dixit ei; quid me interrogas de bono. unus est enim bonus d͞s;
Si autem uis ad uitam ingredi. serua mandata; Dicit illi;
quae. ihs autem dixit; Non homicidium facies. non adul
terabis. non facies furtum. non falsum testimoniu͞ dices.
honora patrem & matrem. & diliges proximum tuu͞ sicut
te ipsum; dicit illi adulescens; omnia haec custodiui.
quid adhuc mihi deest. Ait illi ih͞s; si uis perfectus esse.
m. cxciiii · mr. cviii · L. ccxviii & clii · uade uende quaecumque habes & da pauperibus. & habebis